



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**

**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

Resp. I. An concursui subsint parochiæ Melitensibus competentes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

## RESPONSVM II.

An concursui Subsint parochia Melitensibus competentes.

**A**N commendatarij Melitenses ex priuilegio concursum excludant à suis parochialibus Ecclesijs, inspiciendum illud esset: c. porro X. de priuileg. si quidem aliquod esset post Concilium Trid. impetratum. nam anterioribus priuilegijs, exemptionibus atque indultis qualibuscumque derogauit f. 24. c. 18. vers. non obstantibus. Priuilegia Melitensium, sed alio in genere, nonnihil attingimus in *Consul. can. de edif. eccl. conf. 2.*

Deinde inspiciendi sunt tituli ex quibus d. commendatarius in d. Ecclesijs parochialibus aliquod ius habeat. si illud sit ius patronatus veri nominis, ei presentatio veri nominis, & Episcopo institutio competit; sed examinatorum per concursum: quod si alteri competit institutio; tunc Episcopo competit dignioris electio; alioquin commendatario, tanquam patrono. *id. c. 18. §. si verò iuris patronatus eccl.*

Quod si ex titulo apparet commendatarium plenum ius habere in d. Ecclesijs, tam quoad spiritualia, quam temporalia: *iuxta c. 3. §. in eccles. X. de priuileg. c. visis. 1. §. q. 2.* admitti quidem debet concursus, examen, approbatio, & electio dignioris: *secundum prescriptum c. 18.* sed ipsa institutio & destitutio secundum d. §. in Ecclesijs, competens, manet in antiquis terminis: secundum quos, si commendatario competat institutio, per decretum Concilij tribuitur Episcopo dignioris electio. sed vt hanc nanciscatur exactè debet obseruare, quæ Concilium præcipit. *A. 207. Inst. mor. p. 2. lib. 6. c. 22. q. 15.*

in quibus sunt omnino multa apud Barbosam, ex quibus ab eo citati, si non obseruentur, nullitates concursus inducunt: qui non præstarent impedimentum liberæ commendatarij prouisioni, si de iure non fortiantur effectum. quæ tamen moderanda existimauimus in *Consult. can. tit. de elect. conf. 1.*

Quod si commendatario specialiter vel ordini generatim competat etiam iurisdicctio quasi Episcopalis; tunc nec omittendus foret concursus; sed videndum an Episcopus, an commendatarius illum deberet instituere. *per ea qua tradunt auctores citati à Barbof. in Collect. DD. ad Conc. Trid. ad d. c. 18. n. 46. & seqq.* quod nullibi factum vidi.

Denique si olim d. Ecclesiæ parochiales simplicibus tantum terminis fuerint vnitæ, vt commendatario ius competat primitiui parochi; tunc an ille deputare tantum debeat vicarium, quamuis perpetuum; & examinare illum & idoneum admittere sine concursu debeat Episcopus, an verò instituere possit concursum; dixi in *Lur. Pont. nou. anal. præsertim edit. 1641. de elect. n. 15. §. animaduertendum.*

Edere autem debet commendatarius suos titulos, vt Episcopus vniones examinare possit; ex decreto *Conc. Trid. f. 1. c. 6. & priuilegiū. c. cum persona. de prinil. in 6.* quod si refragetur, interim videnda est formula secundum quam consuetum est istis Ecclesijs prouideri; nominationis, deputationis vicarij, an presentationis vocabulo; & secundum illud concursus institui aut approbatio dumtaxat dari. quâquam multi, qui ius parochiale incorporatum habent, vt improprie dicuntur patroni, ita improprie vtuntur verbo *presentationis*; eoque subiciuntur decreto d. c. 18. qui, si tanquam primitiui vterentur vocabulo *deputationis vicarij*; examini quidem, non concursui, subicerentur. quæ eadem vsu veniunt in Capitulis, monasterijs, colle-

5. Si iure quasi Episcopalis.

6. Si iure primitiui parochi.

7. Edere titulos debet commendatarius.

8. Eadem hæc in alijs obtinent.

B colle.

collegiis, quæ habent unitas, aut aliter sibi competentes parochiales Ecclesias: imò in Episcopis quibus in alienis diocesisibus prouiso parochialium competit. vt dicuntur Interpp. respondisse. adeoque & idem dicendum in Episcopis antiquarum Sedium Belgij; qui sub nouiter erectis retinuerunt in aliquibus parochiis decimas, & prouisiones parochorum.

De electione.

RESPONSVM I.

De abbatissarum præsertim exemptarum confirmatione.

1. Illa necessaria est.

**D**Ebere Abbatissam confirmationem de iure non expressum ait AZOR. *inst. mor. p. 1. l. 13. c. 10. q. 3. & sequitur Tamburin. de iur. Abbatiss. disp. 29. q. 1.* at verò generatim sufficit statui in quibus beneficiis locum habet electio, confirmationem esse petendam. *c. 3. X. de elect. quæuis consuetudine induci possit vt confirmatione opus non sit. Abbas in d. c. 3. n. 5. vt & quædam religioes habent priuilegium, vt eorum generales ministri, seu præpositi ritè electi confirmatione non egeant. Rodrig. tom. 2. q. 53. ar. 3. vt lex quidem & regula sit in contrarium. aded vt si quis ante confirmationem administret, priuationem incurrat. c. qualiter. 17. X. de elect. c. auaritia. 5. eod. in 6. vbi generaliter hæc leguntur verba; vt nullus de casero administrationem dignitatis, ad quam electus est, priusquam celebrata de ipso electio confirmetur, sub œconomatus &c. in spiritualibus &c. se immiscere præsumat, vbi & vocabulum dignitatis indefinitè accipitur; & pronuntiatio sermonis in masculino ad vtrumque sexum porrigitur. l. pronuntiatio. l. iusta. l. si quis D. de verb. signif. adeo-*

2. Nisi contrarium habeatur priuilegium.

3. Nec ante licita administratio, sub quo cumque nomine.

4. In dignitatibus.

5. Vtriusque sexus.

que in clem. attendentes. de stat. reg. vt certa præsupponitur Abbatissæ confirmatio, in verbis, in monasteriis in quibus abbatissa sunt solita benedicti, intra annum à sua confirmatione nota tempore computandum, minus benedictionis suscipiant. vbi benedictio non vbique obtinere, sicut confirmatio significatur, excepta vt diximus contraria consuetudine. quemadmodum & generaliter statuitur, vt confirmatio per electum petatur intra tres menses, seu alias idoneum tempus. c. si sit. 6. de elect. n. 6. idque sub pena etiam priuationis.

Porro electionis confirmatio petenda est ab immediato superiore. *c. indemnitas. 1. 1. in verb. per superiorem de elect. n. 6. Hostien. in sum. de elect. in 6. Rodrig. tom. 2. q. 53. ar. 3. de regular. adeoque à decesano per non exemptos; per exemptos ab ipso Pontifice, seu legato. c. si Abbatem. 3. de elect. in 6. si quidem immediate subint, alioquin à superiore immediate.*

Enimverò Concilium Trid. de regular. c. 9. monasteria monialium immediate subiecta Sedi Apostolica, ab Episcopis, vt delegatis gubernari voluit: quantum est, an, cum olim soleat Abbatissarum confirmatio peti à Sede Apostolica; per d. c. 9. ad Episcopos sic delata vt delegatos? & reuertebat in Collect. D.D. ad Cons. Trid. de ex Armendar. à S. Cong. Interpretum fuisse resolutum d. c. 9. nullum tribuere Episcopo iurisdictionem extra regimen spirituale: at verò confirmatio iurisdictionem tribuit in spiritualibus, & temporalibus. *c. nostr. 9. c. transmissam. 15. c. valuer. 17. c. nihil. 44. X. de election. verno autem potest plus iuris in alium transferre, quam ipse habet: licet & omnis confirmatio præsupponit superioritatem. d. c. in d. c. confirm. c. si abbat. & tot. tit. X. de confirm. c. inuol. non ergo poterit Episcopus exemptas confirmare, aut plus*